UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Bulla Cœnæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65423

Visual Library

S. Hieronymi in Hiſpania factam 12. Kal. Oct. 1437. Quæcumque Bona mobilia, ſeu immobilia, quæ occaſione Noſtrorum ad aliquam noſtram Domum, vel Collegium quomodolibet pervenerunt, vel pervenire potuerunt, illis ad aliam Religionem transeuntibus, in prioribus domiciliis, unde transeunt, remanere debent. Habetur in Comp. Privileg. dicti Ordinis, Romæ excuſo. 1551.

Vide verbo *Titulus*, & verbo *Privilegia.* §. 9. & verbo *Simonia.* Et quoad validitatem renuntiationis, & obligationis bonorum, quam Noſtri more Societatis facere ſolent, vide verbo *Concilium.* §. 2.

BULLA COENÆ

§. I.

Bullæ Cœnæ in Collegio unum publicè habeatur exemplar.

ETsi à PIO V. injunctum fuerit, ut omnes Confeſſarii trāſſumtum Bullæ Cœnæ, per eum decretæ, apud ſe haberent, Noſtri tamen ejuſdem Pontificis conceſſione ab hoc fuerunt exemti: declaravitque, ſatìs fore, ſi in ſingulis Collegiis,

vel Domibus, unicum haberetur, quod in eo loco affigeretur, in quo omnes Confeſſarii legere illud poſſent. Habetur in vivæ vocis orac. M. S. fol. 42. in fine, & ſequentibus. Hæc conceſſio facta fuit, petente S. Franciſco Borgia, & munita ſubſcriptione Cardinalis Alexandrini.

§. 2.

Per Bullam Cœnæ Noſtræ facultatates non revocantur.

Quòd nullæ Societatis facultates cenſeantur revocatæ per Bullam Cœnæ, quæ in futurum emanabit, conceſſit, Gregor. XIII. die 18. Martii 1584. V. V. O. prout in Vivæ Vocis Oraculis M. S. pag. 133. Idem, ſed cum limitatione temporis ſui Pontificatûs, declarârunt Pius V. 28. Jan. 1570. in V. V. O. M. S. p. 107. Clemens VIII. 15. Aprilis 1599. ibid. in Autographo Card. Bellarmini, id atteſtantis. & Paulus V. 14. Dec. 1606. ibid. 153.

Sed videndum Decretum Urbani VIII. 17. Nov. 1628. oppoſitum ſtatuentis. Legitur apud Barboſam de Poteſt. Epiſc. Part. 3. Alleg. 50. n. 238.

BUL-